



Nr. 3

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.



Nr. Praefides

1. Weidler De homicidio.
2. Salomo - homicidio casuali.
3. Crell - delictis quae iure familiaritatis excusantur.
4. Crell - obit poena.
5. Crell Observatt. ad l. 3 ff. de bonis eor. qui ante sententiam sibi mortem consciverunt.
6. Crell De delictis quibus honestum fuit initium
7. Brunnemann - delicto servi corrupti.
8. Boehmer - mulctis stuprorum.
9. Bodinus - poenis innocentium.
10. Schmiedel - Conatu.
11. Schultz - iure denunciatio criminalis.
12. Schroeter - Degradatione.
13. Linck - persecutione delinquentium.
14. Falckner - mulctis.
15. Falckner - circumstantiis.
16. Broeckelman - innocentia in causis criminalibus.
17. Willenberg - innocentia per torturam purgata.
18. Wippermann - salvo conductu.
19. Straus - prescriptione delictorum.
20. v. Sanden - correis delictorum.
21. Scharf - exilio.
22. Romanus - ofensio.
23. Romanus - indicis.

- Mr. Praefides
24. Zhetius De jure hypothecae conventionalis et clau-
cularia Sedinenfis in inscriptione.
25. Redeker - Securitate reorum.
26. Pauli - Cautionibus in criminalibus reci-
pienda.
27. Neander - publicis iudiciis.
28. Lippdorf - appellationibus in causis criminalibus.
29. Strecker - minorenni in causa criminali ad pra-
standum iuramentum purgatorium
sub poena confessi et convicti rite
citato et non comparente in in-
tegrum restituendo.
30. Beck - solenni fractionis baculi ritu.
31. T. Thomae An omnia delicta puniantur.
32. Hellmer - jure defensionis.
33. Homel - transact. super omittenda crim. accu-
satione actori illicita.
34. Groven - mitigat. poene in crim. Sodomis.
35. Stryck - carcere ad custodiam.
36. Schoepf - confessione qualificata.

f.

Q. D. B. V.
DE

DEGRADATIONE,

*delinquentibus ante
supplicium*SUB PRÆSIDIO
VIRI MAGNIFICI,
DN. ERNESTI FRIEDERICI
Schroeters/Hereditarii in Wickerstädt/ Jcti & An-
tecessoris IN ILLUSTRISAC SALANA celebratissi-
mi, Consilarii Saxonici splendidissimi, Curia Provincialis,
Facultatis Juridicæ & Scabinatus Assessoris gravissimi,Domini, Patroni atque Doctoris
sui suspiciendi,*Ad diem Febr. 1^o 1^o LXXII.*In Auditorio Jctorum
*publicè disputabit*JOHANNES ALEXANDER Christ
Wunsid. Var.
A U T O R.

JENÆ, TTPIS WERTHERIANIS.

SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI
DN. CHRISTIANI ERNESTI
MARCHIONIS BRANDENBURG. &c. &c. &c.

PRINCIPIS AC DOMINI MEI CLEMENTISSIMI,

CONSILIARIIS INTIMIS,

Respective Cancellario, Iudicii Aulici & feudalis Directori,
Capitano Baruthino, Consistorii Præsidi & feudorum Præposito,
eminentissimis, splendidissimis, meritissimis,
videlicet,

Reverendis. Præ-Illustri ac Generosissimo,

DOMINO

DN. CAROLO, L. B. à SEZIN/
Dynastæ in Entmannsberg / Ost-Nordheim / Wasserkrant. etc.
Burggraviat. Norimberg. Dapifero hereditario, designato Com-
mendatori in Lügen / & S. Ordinis Johannitici Equiti. &c.

Domino meo Gratosissimo.

Ut &

VIRIS

Illustribus, Generoso, Magnifico, Maximeq, Strenuis

DN. ALBERTO FRIDERICO ab HUNZAE/
Hereditario in Terbitz. etc.

DN. JOHANNI CHRISTOPHORO à PÜHEL/
Hereditario in Dölau / Burghaig / Laineß. etc.

Jcto & Comiti Palatin. Cæsar.

Dominis meis Gratosiss,

DISSERTATIONEM HANC ACADEMICAM

humili ac devotissimâ mente

D. D. D.

Autor & Respondens.



JOVA JUVA!



Pecimen aliquod publicum edere constituens, tritam aliquam & in cathedra sæpius frequentatam materiam recoquere nolui. Rariorum itaque materiarum selectum institui, & post multam variationem arrisit tandem præsens hoc de Degradatione thema, elegans quidem & nobilissimum, spinosissimum tamen & tantis difficultatibus inquinatum, ut desertionis sat causæ habuissem. Instituti nihilominus cœpto, & produxi tandem, divinâ opitulante gratiâ, huncce qualemqualem ingenii fætum, è variis auctoribus sparsim collectum; nullum enim qui quidem hanc materiam exasse tractaverit, videre hæctenus mihi licuit. Quare non dubito, quin B. L. veniam mihi lapsò forsan concedet & conatui favebit, cum.

Sit aliquid prodire tenus si non datur ultra.

CAPUT I.

De Degradatione in genere, ubi exhibetur definitio nominalis & realis cum divisione.

S. 1.

Materiam præsentem explanaturi, meritò id ipsum attendimus, quod ab aliis in rebus tractandis observari solet, & initium tractationis nostræ facimus ab ipsius nominis enodatione. Cùm è re illud sit. *l. 1. ff. de R. C. & in jure maximè observandum l. 1. ff. d. 7. & 7. ibique Accurs. cùm etiam secundum Scalig. lib. 1. Ex. 1. sect. 1. cognito usu vocis, in perceptione rei ipsius facilius provehamur. Offert autem sese in nominis evolutione omnium primò Etymologia & vocis origo, quam degradatio nostra è Latio petit, licet ipsa barbara vox sit &*

A 2

mi-

minus latina. Voss. *d. vit. serm. lib. 4. c. 5. junct. c. 1. ab initio, ejusd. lib.* dicitur enim a præpositione *De* & verbo *grado*, unde nomen gradatio, & compositum degradatio, significatque idem, ac de dignitatis suæ gradu dejectio. Voss. *d. tract. in ind. verb. degradare*; cum quo convenit Lancelot. *in §. 1. Inst. jur. Can. de depos. & degrad. ubi: nihil est aliud degradare, quam de gradu dejicere.* Non autem vitio nobis vertendum erit, quod barbaram hanc vocem disputationi nostræ præfixerimus, jamdudum enim illa est canonisata & usurpata, non tantum à Lucif. Caralitan. *lib. adversus Reges Apostat. & Synodo à S. Bonifacio & Francorum Episcopis sub Carolomanno habitâ an. 742.* sed & in jure Canon. frequentissimè occurrit; nec ipsum corpus nostrum civile eam abhorret, ut patet ex *l. 3. C. d. offic. Magistri official. l. 1. C. d. privil. Scholar Lib. XII.*

§. 2. *Homonymiam*, quæ ordine nunc sequitur, quod concernit, sumitur quandoque degradatio *generaliter* pro quâlibet privatione dignitatis vel officii, sive politicum illud sit officium, sive Ecclesiasticum: vocant eam Canonistæ *degradationem verbalem*, quatenus est terminus pœnæ. Menoch. *A. J. Q. lib. 2. c. 415. n. 5.* quæ ultima verba addunt ad differentiam illius degradationis verbalis, quæ fit in ordinem ad realem, seu illam, quæ hujus loci propria est. Propriè appellatur *depositio*. Clar. *lib. 5. sent. §. fin. q. 74. in pr.* Tusch. *pract. concl. lit. D. concl. 139. n. 3.* Germ. *Entsetzung des Amtes oder Diensts.* conf. Carpz. *Jurispr. Eccl. Lib. 3. def. 109. n. 11. 17. & seqq.* Generalem hunc degradationis significatam hâc vice non moramur, sed consideramus eam tantum, quatenus sumitur *specialiter*, pro tali dignitatis privatione, quæ fit ad eum finem, ut is, qui aliàs propter dignitatem sibi adhærentem non posset, convenientem delicto subeat pœnam. Vocant hanc degradationem Canonistæ *actualem*, & benè veram ac propriam dicunt degradationem Tusch. *d. l.*

§. 3. *Synonymiam* quoque ut paucis addamus, dicitur aliàs *regradatio*. vid. Gothofr. *ad l. 1. C. d. privil. schol. regulatio.* Rittershus. *comm. ad novell. p. 1. c. 6. n. 27.* cinguli privatio, exauctoratio. Gail. *d. P. P. lib. 1. c. 1. n. 28.* quamvis quoad exauctorationem hoc

hoc notandum, quod tum demum pro synonymo eam hic agnoscamus, quando ignominiam infert; non enim semper eam ignominiosam esse, testis est Dn. Ziegler. *Ordinarius in almâ Leucoreâ. comm. ad Inst. Jur. Can. tit. d. degradat. §. 1.* idque probat ex Tacit. *lib. 1. annal. ubi: Placitum, ut epistolæ nomine Principis scriberentur, missionem dari vicena stipendia meritis. Exauctorari qui sexdena fecissent, ac retineri sub vexillo, caterorum immunes, nisi hostis propulsandi.* vid. Lips. *ad eum locum.* & Forstner. *not. polit. ad Tac. ann. lib. 13. c. 53. p. m. 266. edit. argenter.* dicitur etiam depositio Zœf. *ad decretal. tit. d. pœn. n. 5. in f.* depositionis vocabulo latè sumto & improprie. conf. §. *antec.* depositio solennis. *Spec. Lib. 3. Part. 1. de accus. §. 2. n. 4.* exauguratio, resecratio. Voss. *d. vit. serm. lib. 4. c. 5.* Græcè *καταβύβασις*. Goth. *ad d. l. 1. C. d. priv. schol. καταβύβασις.* Rittersh. *d. l. Germ. Entsetzung der Ehren. Besold. thes. pract. lii. E. n. 33.*

§. 4. Paucis nunc præmissâ definitione nominali, pergimus ad *realem*, quam, omissis aliorum descriptionib. aut nimis generalibus, ut Menochii. *A. J. 2. lib. 2. c. 415. n. 1.* aut nimis specialibus, & ad Clericorum tantum degradationem restrictis, ut Zœf. *ad decretal. titul. d. pœn. num. 7.* &c. ita exhibemus.

Degradatio est actus solennis, quo persona criminis capitalis reæ, aufertur dignitas ipsi adherens, & omnia inde dependentia jura atque privilegia, ut his exutus pœna delicto convenienti possit subjici.

§. 5. *Causa efficiens* est is, qui dignitatem contulit; cujus enim est actus, ejus & distractus: & nihil tam naturale est, quam eidem cui competit dignitatem conferendi potestas, competere quoque facultatem eandem auferendi. *arg. l. 35. d. R. J. c. 1. x. eod.* Conferendæ autem dignitatis potestas est vel *universalis*, quæ se extendit ad quasvis dignitates; ita tamen, ut ad quasdam remotè, ad quasdam proximè concurrat, vel *particularis*, quæ restricta est ad hanc vel illam dignitatem in specie concedendam. Illâ pollet *tum* Imperator, cujus omnia sunt *l. bene à Zenone. 3. C. d.*



quadr. prescript. & qui est fons omnium privilegiorum, omniumque dignitatum, utpote ex quo & in quem omnes fluunt dignitates, tanquam flumina de mari in mare, uti loquitur Bald. *in cap. un. §. iudices. d. pact. juram. firm.* & in quo omnes dignitatum thesauri censentur reconditi. Borcholt. *d. feud. cap. 4. n. 12.* tùm alii Reges, Principes, Respublicæ &c. superiorem non recognoscunt; eadem enim possunt, quæ Imperator. Bald. Tiraquell. *d. nobilit. cap. 6. n. 6.* Dissent. Franc. Ripa. *lib. respons. 2. c. 26.* quoad nobilitatis conferendæ potestatem, quam præter Imperatorem, nulli tribuendam censet; quem hoc nomine rectè reprehendit. Tiraqu. *d. l. conf. Bart. in l. 1. C. d. dign. Lib. XII.* hoc tamen discriminis agnoscimus, quod nobilitate donati ab Imperatore anteponendi sint iis nobilibus, qui tantùm regio & simili gaudent diplomate. Tiraqu. *d. cap. 6. n. 7. ibiq. alleg.* cùm non tanta insit Majestas aliis, quanta Imperatori, ut in simili probat Soc. *conf. 275.* etiamsi nobilitati ab Imperatore sint aliis posteriores, *arg. c. ii qui 12. x. d. præb. & dign. in 6.* Tiraqu. *d. l. n. 8. ibiq. alleg.* Sed an & Pontifex Romanus ad hanc classem referendus erit? quæstionis est. Et negamus de Pontifice quatenus tali, tùm juxta hypotheses Papicolarum, tùm nostræ A. C. addictorum. Cum enim Papa, juxta asseclarum ipsius sententiam, sit major omnibus hominibus. Clar. *lib. 5. sent. §. fin. q. 35. vers. videndum.* ita ut eo præsentate omnes Principes quantumvis magni, alti & potentes, decrescant & fiant secundi aut ulteriores. Lips. *in præf. ad Sen.* cùm tanta sit Papæ amplitudo atque Majestas, ut per quam difficile sit illam definire. Bellarm. *in resp. ad Gers. &c.* & possit in omnibus & per omnia dicere & facere, quicquid sibi placet. Dec. *conf. 588. n. 5.* imò cum Reges facere, eisque imperare queat, uti refert Lans. *Orat. pro Ital. p. m. 745.* quis dubitet, ejus in conferendis dignitatibus potestatem multò eminentiorem esse, quàm ut cum ullius Regis potestate possit comparari? Hæ autem nugæ papales cum sint explosæ apud nos, & absurda Papæ omnipotentia in meram impotentiam sit conversa, propter hanc ipsam trahendus huc non erit; ratione tamen temporalis ipsius *è gloria,* eadem circa dignitates, ac alii Reges potestate gaudere putamus; cum ipse summus sit in Patrimonio Petri aliisque Italicis Provinciis Princeps, (jure an injuriâ, huc non

507
non pertinet) Majestatem habens, nec superiorem recognoscens;
Carpz. d. L. Reg. Germ. c. 13. sect. 4. n. 20. & seqq. Magnif. Dn. Struv.
S. 7. C. Ex. 49. th. 18. Ad hanc classem quoque licet non suo jure, sed
Imperatoris beneficio referimus Regem Bohemiæ, Archi-Duces
Austriæ, Comites Palatinos Rheni. Limn. enucl. lib. 3. cap. 27. n. 4.
Altera classis est eorum, quorum potestas restricta est ad hanc vel
illam dignitatem in particulari concedendam, in hac ponimus
Episcopos, Principes superiorem recognoscentes, Comites, Baro-
nes, Academies, Comites Palatinos, Duces militares, Civitates &c.
quorum alii proprio jure, alii ex communicatione superioris hanc
potestatem habent.

§. 6. *Finis* est, ut reus delicto suo convenientem possit
sentire pœnam. Cùm enim in dignitate mori nemo debeat. gl.
sing. in l. omnes. C. d. Ep. & Cler. l. omnes judices. 33. C. d. decur.
Gail. d. P. P. lib. 1. c. 1. n. 29. ne id toti ordini vergat in dedecus;
non rarò tamen fiat, ut personæ in dignitate quâdam constitutæ
maximis involvantur criminibus. Reip. autem interfit, ne deli-
cta, præsertim atrociora, ubi exemplo opus est, maneant impuni-
ta. l. 18. §. 1. d. jud. l. 6. C. d. defens. civit. ne ad maleficia temerè
quisquam profiliat. l. 14. C. de pœn. hinc antequam subjiciatur
pœnæ, de gradu dignitatis suæ dejectus venit reus. Non
verò interest, an ad capitalem pœnam quis sit condemnatus, an
ad aliam famosam seu quam comitatur infamia. per l. infamia. 8.
C. d. decur. l. un. C. d. infam. l. 2. C. d. dignit. Nec obst. verba
definitionis nostræ, *criminis capitalis rea*; fecimus enim de-
nominationem ab eo, quod potius est & frequentius.

§. 7. *Effectus* degradationis præcipuus est infamia, quæ
illicò sequitur degradatum. l. judices 12. C. d. dign. jung. l. 2. §. 2.
vers. sed & si. ff. de his qui not. inf. & l. 2. ff. d. senat. junct. l. 3. §.
Lege Julia. §. ff. d. testib. add. l. 2. C. d. dign. conf. infra cap. 3. §. 9.
& Besold. th. pract. voce Entsetzung der Ehren. Et hic effectus
maximam demonstrat inter hanc degradationem & depositio-
nem seu remotionem ab officio differentiam, quippe quæ infamiam
non importat; cùm plerumque propter culpam aut de-
lictum leve irrogetur, quæ non infamant. §. 6. Inst. d. susp. tut. l. 3.
§. ult. ff. eod. l. ult. C. eod. conf. Dietherr. addition. ad Besold.
d. vo-

de voce. hinc videmus haud raro ad alia officia promoveri depositos. Imò & Clerici propter scandalosam vitam remoti ab officio, si corrigant se, admittuntur iterum ad sacrum officium, per constit. *Elect. Sax. von Consistorial-Sachen. §. 18.*

§. 8. *Causa formalis & materialis* commodius explicabuntur in *Capitib. seqq.* quare hic iis non immorabimur, praesertim cum per se pateat *subjectum* degradationis esse personam in dignitate constitutam criminis capitalis ream. *Objectum* verò dignitatem. Cum autem dignitas sit vel *Ecclesiastica* vel *politica*, hinc ab objecto dividimus degradationem, quod alia sit *Clericorum*, alia *Nobilium, Doctorum & similium in dignitate politica constitutorum.* De utraque agemus sepatatim & quidem primo in

CAP. I.

De Degradatione Clericorum.

§. 1.

Sunt nonnulli, qui à perniciosâ illâ Reipublicæ Clericorum exemptione à jurisdictione Laicorum dependere putant hanc degradationem, ejusque introducendæ causam ponunt defectum potestatis Ecclesiasticæ circa irrogationem pænæ sanguinis; cum enim, dicunt, huic non conveniat effundere sanguinem. *c. 4. d. raptorib.* eò quod Ecclesia non habeat gladium, nisi spiritualem. *c. inter. c. 33. q. 2.* nihilominus tamen contingat, quosdam Clericos adeò præfractæ mentis esse, ut coërcitionem Ecclesiasticam parùm aut nihil curent, hinc in subsidium invocandum esse brachium seculare, degradatis primùm hisce Clericis malefactoribus. Verùm enimverò, quamvis non negemus, post exemptionem Clericorum exposito modo sese rem habere, quin tamen degradatio Tyrannide illâ Pontificali, indeque dependente exemptione longè sit vetustior, atque à *Justiniano* præcipuè nostro Sacratissimo introducta, nulli dubitamus, moti autoritate *nov. 123. c. 21. §. 1.* ubi constituitur, quod Clericus de crimine capitali convictus ab Episcopo debeat degradari; propter generalem in *prac. cap.* datam rationem, quod in dignitate nemo debeat mori, ne id toti ordini vergat in dedecus: non
verò

verò propter incompetentiã judicis civilis; quamvis enim
Imp. in d. nov. Episcopi audientiam eò extendisset, ut notionem
quoque habeat in criminalibus quoad Clericos; ipse tamen non
solum reservavit sibi summam hãc in re potestatem, d. nov. c. 21.
§. 2. sed & Magistratui civili judicandi Clericos in criminalibus
potestatem reliquit, ita ut in accusatoris arbitrio poneretur, an
coram Episcopo, an verò coram judice civili deferre Clericum
vellet. d. c. 21. §. 1. Ut hãc ratione tunc temporis inanis fuerit
quæstio à Canis. comment. in c. at si Clerici. 4. x. d. judic. n. 2. mo-
ta: An convictus coram judice seculari à suo Episcopo debeat
condemnari? quam negativè decidit ibidem, rectè secundum
canones, secus de jure novellarum.

§. 2. Atque hęc ita obtinere usque ad tempora Hildebran-
di seu Gregorii VII. scelestissimi illius Sec. XI. Pontificis Romani,
qui Diabolico ausu primus omnem regiam potestatem à suis cer-
vicibus removit, & quidem ita, ut pariter reliquum Clerum, sub-
traheret Laicorum Imperio, quo sibi tamen eos subjiceret; Huic
enim (verba sunt Onuphr. Panvini) cum omnes Latine Ecclesia,
tùm præcipuè Romana, acceptum referre debet, quod libera sit, & ab
Imp. manu eruta. conf. dissert. Cl. Dn. Conring. d. jud. Imp. Germ.
insertam. Limn. enucl. lib. 4. cap. 73. p. 269. a. Ex eo tempore aliter
informari & multis difficultatibus inquinari cœpit degradatio,
usque dum ad eam formam redacta est, quam juxta canones sumus
exhibaturi, describentes eam cum Zœl. comm. ad x. tit. d. pœn. n. 7.
*quod sit privatio muneris & privilegii Cle-
ricalis, per sententiam, adjuncta reali a-
ctione & ceremoniis per canones instituta.*
conf. Clar. lib. 5. sent. §. fin. q. 74. ab init.

§. 3. Dividitur hęc degradatio in *actualem & verbalem.*
Hęc continet sententiæ lationem; Illa sententiæ latæ executionem.
Unde vocatur sententiæ executio à Spec. lib. 3. Partic. I. d. accus.
§. 2. n. 5. & nihil aliud est, quàm actus, quo realiter Clericus priva-
tur ordine & privilegiis per detractationem insignium & vestium
sacrarum. Canis. summ. Jur. can. lib. 3. Tit. 22. §. 7. atque hęc actualis
degradatio est vera species degradationis generaliter descriptæ

B

sup.



6
sup. cap. 1. §. 4. speciale autem est juxta canones in degradatione Clericorum, quod illa requirat sententiam de degradando ferendam, & fluit hoc ex exemptione Clericorum, quâ introductâ, cum nihil planè juris sit judici seculari in Clericum, nec propter quavis crimina canones degradationem admittant, hinc necessario antecedere eam accurata causæ cognitio debet cum sententia. Et ut eò difficilior res redderetur, non sufficiebat solus Episcopus ad cognoscendum de degradando, sed requirebantur præterea *duodecim Episcopi* in degradatione Episcopi; *sex* in Presbyteri, *tres* in Diaconi & Subdiaconi *c. si quis. c. felix. & c. si autem. q. 7. XV.* Tusch. *præct. concl. lit. D. concl. 139 n. 6.* qui omnes causam cognoscere, & in degradationem consentire debent; si tamen convenire inter se non possint, sufficit, si concordant vota plura. *Clar. d. q. 74. vers. sed quero.* atque hæc ita erant in degradatione à majoribus ordinibus; in minoribus enim proprius Episcopus sufficiebat *c. fin. c. 15. q. 7.* *Clar. d. l.* imò hodiè etiam sufficit in degradatione à majoribus ordinibus, juxta præscriptum Concil. Trid. *sess. 13. c. 4.* ita tamen, si adhibuerit Abbates & Prælatos Capituli, aut, in defectu horum, religiosas alias & literatas personas. *Zoel. d. t. d. pœn. n. 10.*

§. 4. Atque hoc modo causâ cognitâ, fertur sententia vel absolutoria, vel condemnatoria. Hæc, quando reus pronunciat degradandus, & hanc sententiæ dictionem vocant, ut dictum, Canonistæ *degradationem verbalem*, cum appposito, *quatenus est preparatoria ad actualem.* *Mench. A. J. Q. lib. 2. c. 415. n. 16 seu, quæ fit in ordine ad realem.* *Zoel. d. tit. n. 6. in f. & c.* ad differentiam depositionis, quam vocant degradationem verbalem. *Clar. d. q. 74. ab initio.* quatenus est terminus pœnæ *Mench. d. casu n. 4.* quæ hujus loci non est. Hoc solùm notato, quod quando Canones dicunt aliquem degradandum & detrudendum in monasterium, intelligendos eos esse de degradatione verbali seu depositione. *Mench. d. casu. Canis. summ. Jur. Can. lib. 3. tit. 22. §. 10.* quia in pœnalibus mitior sententia prævalet *l. 155. ff. d. R. J.* cum odia restringenda potius sint, quàm amplianda. *c. odia. d. R. J. in 6. l. pen. ff. d. pœn.*

§. 5. *Causa efficiens degradationis Clericorum in genere*

uni-

universalis & remota est Imperator. *conf. cap. 1. §. 5. & §. 2. b. cap.*
degradationis autem Clericorum in jure Canon. proposita est
Pontifex, si quidem Episcopus in specie, vel Presbyter, Diaconus,
aut aliquis à minoribus ordinibus est degradandus: secus si Ar-
chiEpiscopus, vel immediatè Pontificem recognoscens. *Proxi-*
ma autem & *particularis* est Episcopus, Episcopi voce latè sum-
tâ. *conf. infra §. 10. & seqq. b. cap.* quia, sicut collatio ordinis est
actus spiritualis potestatis pendens ab Episcopali dignitate, ita
& ordinis ablatio. *Navar. conf. 88. tit. de Simon.* cujus enim or-
dinis est actus, ejus & distractus. Debet autem fieri à proprio
Episcopo, ut patet ex *c. 2. d. pæn. in 6.* nam est gravissima hæc
pœna, ut non possit imponi nisi suo subdito. *Zœs. ad decretal.*
tit. d. pæn. n. 7. circa fin. Sed anne poterit delegari alieno Epi-
scopo degradatio? Resp. quod sic, quia & ordinatio potest com-
mitti alii, ut probat *Zœs. d. comm. ad decr. tit. de Cler. peregr. non*
ordin. n. 2. & 4.

§. 6. An autem Episcopus electus & confirmatus, non-
dum tamen consecratus possit degradationem peragere? quæstio-
nis est. Resp. Neg. requirit enim illa verum Episcopum, secun-
dum text. in *c. 2. d. pæn. in 6.* qualis non est Episcopus noviter
electus, necdum consecratus; matrimonium quippe spirituale
inter Episcopum & Ecclesiam suam electione inchoatum & con-
firmatione contractum, consecratione demum perficitur. *c. 4. d.*
translat. Episc. Canis. summ. jur. can. lib. 1. tit. 14. §. 1. accedit, quod
major potestas requiratur in auferendo, quàm in conferendo.
arg. *c. inter corporales. x. d. translat. Episc.* quí igitur poterit quis
ordines auferre, cum conferre eos non possit; ast qui nondum
est consecratus, ordines non habet; per consecrationem enim
demum accipit: Ergò nec dare potest, cum nemo det, quod non
habet. adde *Zœs. d. pæn. n. 8.* Num verò possit cognoscere de
crimine & pronunciare deponendum Episcopus nondum conse-
cratq. vid. *Zœs. ad d. tit. n. 9.* ubi hoc rectè affirmat; Deponere enim
ab officio potest Clericum Episcopus nondum consecratus, cum
hæc depositio sit actus jurisdictionis, *Zœs. d. l. per confirmatio-*
nem autem conferuntur ea, quæ sunt jurisdictionis. c. 15. x. d.
election. & elect. pot. Canis. comm. ad d. t. n. 7. Sed quid obtinet

sede vacante, anne tunc capitulum potest degradare? *Non puto;* cum ea, quæ ordinis sunt Episcopalis, non per capitulum, sed per vicinos Episcopos expediri debeant. arg. c. 42. in f. d. elect. in 6. *Canis. summ. jur. Can. lib. 1. tit. 24. §. 2.*

§. 7. Et hæc videntur expedita esse, si degradandus sit ordinatus à suo Episcopo, quod regulariter fit. Verùm si accidat, ut quis ordinetur à S. Pontifice, an ille, ob crimen degradatione dignum, possit à suo Episcopo degradari? dubitatum aliquando fuit, inquit Petr. Greg. *Synt. jur. univ. lib. 31. c. 30. n. 7.* ratio dubitandi patet ex iis, quæ supra §. 5. h. cap. dicta, quia degradatio est actus ordinis, qui auferri non potest, nisi ab eo, qui eum contulit, cum ex ordinatione præsumatur ordinantem esse judicem competentem à se ordinati, nisi delegationis jure quis ordinaverit quendam. Ast Pontifex non delegationis jure, sed ex potestatis plenitudine potest ordinare quemlibet, & taliter ordinatus videtur nemini, nisi ipsi Pontifici, propriè subditus, propter ordinis collationem. Verùm hisce non obstantibus concludimus cum Siculo Abbate Panormit. & Felin. in c. per tuas. 7. de major. & obed. quod possit ejusmodi degradari à suo Episcopo, tum quia ipse Pontifex talem à se ordinatum proprii Episcopi jurisdictioni subjicit. d. cap. per tuas. tum quod reatus omne privilegium excludat. *can. privilegium. c. 2. q. 3. auth. qua in provincia. C. ubi de crim. ag. & c.*

§. 8. Hactenus degradantes. Sequuntur degradandi, seu *subjectum*, quod constituunt *Clerici delinquentes incorrigibiles*. Sunt autem Clerici constituti, vel in *majoribus* ordinibus, vel in *minoribus*. *Majores ordines* peculiariter vocant Canonistæ Sacros, non quod minores non sint sacri, sed quod soli majores proximè versentur circa materiam consecratam, seu res sacras contingant. *Zoesl. comm. ad tit. X. de tempor. ordin. n. 3. Dn. Ziegler. comm. ad Inst. Jur. Can. tit. d. iis, qui in sacr. & c. § 3. verb. intra sacros. p. 140. In minoribus ordinibus constitutis non licet tangere vasa sacra, sed ministrare saltem ad eum finem. Tales sunt Ostiarius, Lector, Exorcista, Accolitus. Zoesl. d. t. n. 2. quibus ex §. 2. Inst. Jur. can. d. iis, qui sunt in minoribus ordinibus & c. & l. 6. C. d. Episc. aud. adjungimus Psalmistam. Majores ordines*

dines complectuntur *Subdiaconatum, Diaconatum, Sacerdotium*, sub quo comprehenditur *Episcopatus*, inspecto ordine & officio divino, ratione cujus à reliquis Sacerdotibus non distant Episcopi. *Canis. summ. jur. can. lib. 1. tit. 4. in notat. Zœl. d. temp. ordin. n. 4.* hinc in primitivâ Ecclesia diversi non erant à Presbyteris Episcopi, quod ut minus dubii habeat, ab origine rem repctemus.

§. 9. Primi novi testamenti ministri Ecclesiæ fuere *Apostoli*, quos ipse Christus Salvator noster Ecclesiæ suæ regendæ constituit, iisque ordinariam potestatem ad regimen Ecclesiæ (intellige *internum*, consistens in informatione de Deo & rebus divinis, administratione Sacramentorum, ordinatione novorum Ecclesiæ ministrorum, & potestate clavium; non prout eam extendunt Pontificii, sed juxta ipsius Christi institutionem. *Job. 20. vers. 23*) necessariam commisit: ab his electi alii & ad regendas Ecclesias missi, parem cum Apostolis potestatem, ipsâ sui institutione acceperunt, vi verborum istorum: *sicut misit me Pater, ita & ego mitto vos.* Et hi erant *Episcopi* singulis Ecclesiis Apostolicâ autoritate præfecti. Successerunt itaque Episcopi in locum Apostolorum, non in Apostolatu, hoc enim nomine soli illi à Christo immediate vocati veniunt. Magnif. Dn. Strauch. Antec. & Facult. Jurid. in almâ hâc Salanâ Senior graviss. Patronus meus venerandus. *tract. d. regim. Eccles. p. 1. tit. 2. §. 2. & 3.* sed in Episcopatu, in quantum Apostoli & ipsi erant Episcopi, & quidem in totâ regiminis Ecclesiastici potestate, quam totam iterum in alios à se ordinatos transmiserunt, sive Episcopi, sive presbyteri nomine eos insigniverint, nihil intererat, cum eandem uterque habebat potestatem, eodemque fungebatur officio, ut patet *ex act. 20. vers. 17. junct. vers. 28. ad Tit. 1. vers. 5. junct. vers. 17. & 1. Pet. 5. vers. 9.* unde etiam promiscuus erat usus nominum Episcopi & Presbyteri, ut ii, qui Episcopi erant, dicerentur Presbyteri, & è diverso, uti testatur *Canis. summ. jur. can. lib. 1. tit. 5. §. 2.* Progressu tamen temporis discrimen hoc introductum est, ut Episcopus esset princeps, certæ Ecclesiæ particularis Doctor: Presbyter autem secundus ab isto, uti docet ex Optato Milefitano Magnif. Dn. Strauch. *d. tit. §. 8.* postea quoque inspectio Episcopis tributa in reliquos Ecclesiæ ministros,

quod proprietati vocabuli optimè conveniebat, uti probat *Besold. thes. pract. voce. Bischoff.*

§. 10. Quemadmodum autem sensim inter Presbyteros & Episcopos multæ differentiæ sunt introductæ, ita ut & ordinandi potestas ab his solis exerceri cœperit, non quasi cæteri hujus potestatis essent incapaces, sed quia hoc erat ex usu Ecclesiæ: Sic quoque inter ipsos Episcopos tractu temporis, jure humano positivo-Ecclesiastico, differentia est introducta. Cùm enim jure divino non referret, quis Episcopus à quo Episcopo ordinaretur, facile autem confusio in Ecclesia & schismata oriri possent, si certatim quisque Episcopus Ecclesiâ aliquâ vacante accurreret, Episcopumque, quem vellet, ordinaret, ad evitanda hæc pericula, certus numerus Episcoporum, quasi in unum partiale corpus coactus, uni ex ipsis *metropolitico jure* subjectus est, cujus cura & officium erat, Episcopos suæ provinciæ ordinare, iisque ministerialiter potestatem Ecclesiasticam tradere, & si errârint, eos corrigere. conf. Magn. Dn. Strauch. *d. tit. 2. §. 10. & tit. 3. §. 6. & 8.*

§. 11. Cum autem idem periculum, quod propter Episcoporum ordinationem timendum fuerat, offerret sese in *Metropolitanis Episcopis*, quippe quod infinitæ fermè Imperii Romani fuerint Provinciæ, hinc tertius Episcoporum ordo institutus, qui pluribus Provinciis, atque adeo pluribus Metropolitanis sunt præpositi; & hi dicebantur *Exarchi, Patriarchæ, it. Primate*. Quemadmodum verò totum Imperium Romanum tribus veluti orbibus continebatur, Romano propriè sic dicto, *Ægypto & Oriente*, ita non nisi tres patriarchales sedes in totâ Christianâ Ecclesiâ numeravit antiquitas. *Romanam, Alexandrinam & Antiochenam* quibus postea subsequentibus temporibus additæ sunt duæ aliæ, *Constantinopolitana*, ex quo Constantinopolis honore novæ Romæ, Imperiique sede ornata fuit, in Concil. Constantinopol. *I. & Hierosolymitana*, in Concilio *IV. generali*. vid. M. Ant. de Dominis. *d. rep. Eccl. lib. 3. c. 10.* conf. & Magnif. Dn. Strauch. *d. tract. P. 1. tit. 3. §. 5. & seqq.*

§. 12. Tres itaque erant olim in Ecclesiâ Episcoporum gradus, primus, secundus, & eorum, qui simplex hoc nomen retinebant, ac singulis civitatibus erant præpositi. *Secundus gradus est*
eorum

eorum, qui tenuerunt singulas Provincias, & dicebantur *Metropolitani*, à metropoli Provinciae, qui gradus hodiè in Germaniâ cum Episcopis simpliciter dictis plerumque confunditur, cum Episcopi Germ. non tantùm uni civitati, sed integris Provinciis præsent. *Besold. thes. pract. voce Bischoff. Primus gradus est Patriarcharum*, cum quibus ab initio idem fuere *Primates*, postea tamen distincti, propterea, quia nimis amplas sub se haberent regiones Patriarchæ & regna amplissima: in singulis itaque regnis *Primates* erant instituti, qui plures adhuc sub se habebant *Metropolitanos*, qui ipsi suo quisque Patriarchæ suberant. *Magn. Dn. Strauch. d. tit. §. 9. ibiq; alleg. M. Ant. de Dom. d. c. 10. n. 27.* atque his *Primatibus* respondent *Archiepiscopi*. *Besold. thes. pr. d. voce. Patriarchæ* verò in occidente esse desierunt, postquam *Antichristus ille Romanus Pontificis Summi & Oecumenici Episcopi* titulum sibi arrogavit. *conf. Canis. d. lib. 1. tit. 5. §. 3.*

§. 13. Atque hi omnes Episcoporum ordine continentur; Sunt enim duntaxat hæc nomina specialia dignitatis & jurisdictionis, qua alius alio latiore & restrictiore utitur. *Canis. d. §. 3.* proinde omnes possunt degradari, quilibet à suo iudice, juxta tradita in *nov. 127. c. 22.* Patriarcha à Concilio. De solo Pontifice res adhuc videtur dubia. *Jul. Clar. pract. crim. q. 35.* fluctuat, metuens sibi de fulmine Pontificali anathemizante; hinc quoties verbulum emisit, quo bilem sanctissimi in Christo Patris, scilicet, excitare posset, protestatur, & quæstionem hanc dicit periculosam, in quâ mallet discere, quàm docere; tandem tamen *vers. retenta.* eò inclinatur, quod propter hæresin accusari Papa possit, & convictus degradari, motus autoritate *c. si Papa. dist. 40.* quod & sentire videtur *Petr. Greg. Synt. Jur. univ. lib. 31. c. 30. num. 9.* Multis planè non posse degradari Pontificem probatur, cum non puri hominis, sed Dei vicem in terris gerat. *c. quanto. 3. d. translac. Episc. c. un. vers. porro. x. ut Eccl. benef. sine dem. &c.* unde omnia regit, disponit atque iudicat, prout ipsi placet. *c. cuncta. 17. c. 9. q. 3.* in omnibus & per omnia potest facere & dicere quicquid placet, auferendo etiam jus suum cui vult: quia non est, qui ei dicat, cur ita facis? *c. in memoriam. dist. 19. c. quamvis. 22. d. pœnit. dist. 3. gl. in c. ad apostolatus. extravag. ne sede vac. &c.* potest omne jus tol-

tollere. *clem. un. d. immun. Eccl. & de jure dispensare supra jus. c. proposuit. 4. d. concess. præbend.* verbo, potest omnia, de nihilo enim facit aliquid. *c. 1. d. transact. c. hæc quippe. c. 3. q. 6. de aliquo facit nihil. c. tanta. d. excess. prælat.* Durand. *in spec. lib. 1. d. leg. §. 6. n. 42.* non habet superiorem. *c. licet. d. elect.* sed ipse est super omnes, neque potest ab aliquo judicari. *c. in novo. & c. nunc autem. dist. 21. c. si papa. dist. 40. & c. conf.* Specul. *d. tit. d. leg. §. 6. per totum.* ubi infinitas Papæ potentias enumerat. Verum absurdâ hâc Pontificis omnipotentiâ non obstante, cordatiores etiam Pontificii scriptores statuunt, quod ex quocunque crimine notorio, & ex quo scandalizatur Ecclesia, possit Papa accusari, si admonitus sit incorrigibilis, etiam degradari, prout tenet gl. *in d. c. si Papa. in f. & ex eâ Abbas Panormit. in c. significasti. n. 4. d. elect.* Dec. *conf. 151. n. 4.* aliique, quos allegat Clar. *d. q. 35. vers. videndum.* Quibus & nostrum calculum adjicimus; etsi enim verum non sit, concedamus tamen Papicolis, Pontificem esse majorem omnibus hominibus, non tamen major erit Concilio generali, quod repræsentat totam Ecclesiam, quâ omninò minor erit Pontifex, cum propter eam tanta fruatur prærogativâ, propter quod autem unumquodque tale est, illud magis est tale. Degradari igitur potest Papa. *sed à quo? à Concilio generali.* Petr. Greg. *synt. jur. univ. d. 1.* ad idem faciunt tradita Clar. *d. q. vers. sed retenta.* ex Cardin. Alex. *in d. c. si Papa. col. 3. in f.* ubi: *Convocato autem Concilio, si Papa de heresi convictus fuerit, & nolit mutare sententiam, privabitur Papatu, & tradetur Potestati seculari puniendus.*

§. 14. Restat ut de *Cardinalibus* videatur, cum enim & illi sint personæ Ecclesiasticæ, quæritur an ordinibus Clericorum possint annumerari? *Resp.* quod sic. Nominantur enim quidam Cardinales Episcopi, quidam Cardinales Presbyteri, quidam Cardinales Diaconi. *c. pen. c. 2. q. 4. conf. Canis. summ. jur. can. lib. 1. tit. 5. §. 5.* Monachi autem & Moniales sub Clericis non comprehenduntur. *l. 52. C. d. Ep. & Cler. verb. & præcipuè monachos, licèt non sint Clerici. c. un. c. 19. q. 1.* Rittershus. *comm. ad nov. P. 1. c. 6. num. 23. & seqq.* ubi plures exhibet differentias. add. Besold. *thes. præct. voce Mönch.* licèt enim & sint ordines Monachorum & Monialium, ii tamen huc non pertinent, qui ideò ordines ap-
psl

pellantur, quod singulari vitæ genere divinis officiis sint mancipati. *Canis. d. lib. 1. tit. 4. in not.* hinc Monachorum pœna degradatio non est, sed excommunicatio seu exclusio. *Rittersh. d. c. 6. n. 27.* quod adhuc hodiernum in monialibus locum habere certum est. Monachi verò maximam partem in sacerdotio esse, aliisque Clericorum ordinibus decorari, testis est *Gudelin. d. jure noviss. lib. 6. c. 9.*

§. 15. Ne autem quilibet Clericus, humani quid passus, pœnæ huic degradationis exponatur, ideoque hâc in parte cauti fuerunt Romani Præsules, eique non nisi in casum *incorrigibilitatis* locum fecerunt; cum enim degradatus seculari judici tradatur puniendus, ut infra docebimus. Brachium autem seculare sit ultimum refugium, ideoque omnia prius tentanda sunt à iudice Ecclesiastico, quàm ad hanc degradationem deveniat, uti tenent. *Roland. vol. 1. conf. 37. n. 5. Socin. conf. 83. Gail. 1. obs. 115. n. 2. & 3.* quapropter consultò diximus subjectum degradationis esse Clericum delinquentem incorrigibilem; moti non solum ratione præmissâ, & textib. *in c. cum non ab homine. 10. d. judic. c. novimus. 27. §. fin. d. V. S. c. tua. 6. d. pœn. c. felicis. eod. in 6.* sed etiam auctoritate *Gail. l. 1. de P. P. c. 1. n. 27.* ubi concludit, degradationem nunquam habere locum, nisi quando Clericus sit incorrigibilis, & hanc sententiam dicit esse communem. *Boss. d. for. comp. n. 135. & seq.* allegatus à *Gail. d. l. & regulis juris consentaneam.* *Didac. Covarruv. lib. 2. resol. c. 20.* Dissentiunt variè Canonistæ, quos omnes referre nimis longum foret. videatur *Clar. præct. crim. q. 36. Tusch. præct. concl. lit. D. concl. 140. ubi n. 1.* tradit, quod Clericus, etiamsi S. Pontificem interfecisset, tamen non debeat degradari, si paratus sit se corrigere. Ex quo unico satis patet *Zœsli in comm. ad X. d. pœn. n. 13.* aliorumque propter crimen aliquod, non expectatâ incorrigibilitate, admittentium degradationem, sententiam, iustitiæ magis, quàm textib. *Jur. canon. & praxi Pontificiorum* convenire, cum eadē Pontificis gravius crimē non committi, imò nec æquale possit, *ex hypothesi quidem Pontificiorum;* Christi enim vicarium, Patrem sanctissimum, infallibilem, Dominum supremo superiorem &c. occidere, quid hoc facinore gravius, quid execrabilius esse poterit? Advertendum autem, incorrigibilis, ut

C

quis



quis dicatur, requiri sententiam iudicis, quâ declaret eum prorsus incorrigibilem, seque non habere, quod facere possit ad ejus correctionem & emendationem, quàm ut tradat brachio seculari. *Zoel. d. tit. d. pæn. n. 13. conf. Tusch. lit. I. concl. 82.*

§. 16. Cum autem, uti jam supra monitum, difficilius sit ordines auferre, quàm conferre: Ordinatio verò Clericorum, certis solennitatibus expediatur, hinc non minus solenniter ut fiat degradatio, de *forma* ejus est. Ad hæc solennia requiritur. (1.) Ut reus vestibus sacris indutus portans instrumenta seu ornamenta sacra, (ut vasa seu calicem cum vino & aqua, & patellam deauratam cum pane azymo. *Sleid. lib. 1. commentarior. p. m. 82. Librum, aliaque ad ordinem illum, à quo degradandus est, spectantia. conf. Canis. Summ. jur. can. lib. 1. tit. 5. §. Clericis. 1. ubi singulorum Clericorum insignia exhibet: ac si solenniter in eo ministrare deberet) præsentetur publicè Episcopo, ab eoque iis omnibus exuatur retrogrado ordine h. e. inchoando ab eo, quod ultimo datum aut traditum, usque ad primam vestem, quæ data in primâ tonsurâ *c. 2. d. pæn. in 6. Zoel. ad tit. X. d. pæn. n. 11.* (2.) Ut tondeatur ejus caput, & radantur manus, in quibus inunctio facta est tempore ordinationis, vitro vel ferro. *Petr. Greg. Syn. jur. univ. lib. 31. c. 30. n. 8. Spec. lib. 3. d. accus. §. 2. n. 4. cujus Additionatori hoc non placet, eo quod de hæc manuum rasiõne nil dicatur in d. c. degradatio. 2. d. pæn. in 6.* Verùm etsi expressè de hæc rasiõne nihil inibi habeatur, tacitè tamè videtur innui, cum nullum clericatus vestigium remanere debeat in degradato. *d. cap.* Deinde etiam quicquid sit de hoc cap. in factò tamen observatum ita meminit *Sleid. comm. d. l. 1. pag. 82. ibi: lamina deinde vitreâ radit ei digitos, injungens, ne rem ullam deinceps consecraret.* (3.) Ut ad singula utatur certis quibusdam imprecationibus, oppositis illis verbis, quæ in collatione ordinum sunt prolata, *d. cap.* ac pro ultimo quasi complimento adjiciat degradans hanc formulam: *Auctoritate Dei omnipotentis, Patris, filii & Spiritus Sancti, ac nostrâ, tibi auferimus habitum Clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus & exuimus te omni ordine, beneficio & privilegio Clericali. d. cap. degradatio. Zoel. d. l.* (4.) Ut denudatus sic, & vestibus prophanis in-*

indutus, tradatur Magistratui civili, in cujus presentia totus actus peragi debet. *c. novimus. 27. d. V. S. conf. Sleid. d. l.*

§. 17. Sed anne semper in degradatione Clerici hujusmodi solennitates requiruntur? Menoch. quidem, *arb. Jud. quest. lib. 2. casu. 415. n. 27. & seqq.* & Tusch. *concl. 141. n. 4.* putant, eas omitteri posse in assassinii reo, quem ipso jure degradatum dicunt; allegantes ad hoc *c. 1. X. d. homicid. in 6. in f. ibi: nullatenus excommunicationis vel depositionis seu diffidationis adversus eum sententia requiratur.* Verum enim verò exinde non probatur, quod hisce autoribus probare incumbit; nam verba textus ritè sunt ponderanda, dicitur tantum, *non requiritur alia depositionis sententia*: quis verò vellet à sententiâ depositionis, ad actum degradationis, qui cum sententiâ nil commune habet, argumentari? quare magis placet solennitates degradationis etiam in assassino intervenire, cum sit de formâ degradationis, quâ omisâ totus actus vitiat, cum forma det esse rei: licet degradatio verbalis, uti supra eam nominavimus, seu sententiæ dictio non sit necessaria.

§. 18. *Finis* est, ut reus possit poenâ condignâ affici à Judice seculari, *conf. §. 6. cap. 1.* quæ cum semper fiat cum profusione sanguinis, quia aliàs non degradaretur Clericus, sed à judice Ecclesiastico puniretur, dubitatur, an hic finis conveniat humilitati & benignitati Ecclesiæ, quæ abhorrere profusionem sanguinis, & membra vitamque sibi obtinere solet. *c. inter alia. 6. X. de immun. Eccles. c. postulasti. 21. d. homic.* Verum dici potest, licere quidem judici Ecclesiastico reum à se degradatum committere sive relinquere potestati seculari, modò hoc faciat simpliciter, & ita, ut in specie non petat eum capitis, aut alia sanguinis poenâ affici. *arg. d. c. 21. d. homicid. imò secundum c. novimus. 27. d. V. S.* debet Ecclesiasticus judex apud Curiam secularem intercedere, ut citra mortis periculum circa reum sententiam moderetur. *conf. §. Clericus. 5. Inst. jur. can. d. depos. & degrad. ibique Dn. Ziegler.* quæ intercessio tamen mera ceremonia est, & ideo adhibetur, ne scilicet ipsi, qui sacra tractant, supplicii vel profusionis sanguinis autores videantur extitisse. Sleidan. *comment. lib. 1. p. m. 83.* proinde non obstante ea, Judices seculares punire posse degradatos poenâ mortis, & ita ubique servari, testatur. *Clar. sepè alleg.*



*alleg. l. 5. §. fin. q. 36. vers. sed an iudex. ibique alleg. Chassan. super
consuet. Burgund.*

§. 19. Peractâ degradatione degradatus subjicitur iudici
seculari. *Effectus* quippe degradationis est amissio ordinum in-
deque dependentium privilegiorum; quorum præcipuum erat
privilegium fori; statim igitur atque Clericus degradatus est, pot-
est eumprehendere iudex civilis, & absque speciali traditione se-
cundum Leges fori sui punire. *Gail. d. P. P. l. 1. c. 1. n. 24.* nisi remis-
sionem consequatur à S. Pontifice degradatus; prout hanc limi-
tationem addunt nonnulli; sed vanè, cum statim atque in conti-
nenti pœnæ ordinariæ sit subjiciendus reus, atque seculares iudi-
ces ideo soleant adesse degradationi, ut instructi super processus
notitia, absque ulteriori causæ cognitione traditum sibi degrada-
tum possint ad pœnam ordinariam condemnare, eamque execu-
tioni mandare. *conf. Zœs. d. pœn. n. 12.* Sed cuinam iudici de-
gradatus tradi debeat, dubitatur? *Gail. 1. obs. 115. n. 9.* putat, o-
missio medio iudice immediatè superiorem esse invocandum.
Quod verum est, si medius iudex non habeat merum Imperium; &
aliàs cur prætereundus sit, non video; nisi iudex intermedius
brachium suum impertire negaverit. *conf. Autor. præjud. cam.
sub rubr. brachium seculare. vers. quando iudex.* qui insimul *d. l.*
quæstionem movet; An iudex secularis A. C. addictus exequi te-
neatur sententiam iudicis Ecclesiastici Pontificiæ religioni addi-
cti? quam affirmativè decidit, *ibid.* & ut nobis videtur, non in-
firmiter, dubium insuper quod oriri poterat ex *Constit. Relig. re-
movet, & quidem per §. 20. damit auch obberühre. Sc. R. Imp. d.
anno 1555.*

§. 20. Sed an appellans degradatus audiendus erit? ita
vult *Bernh. Diaz. prax. crim. can. cap. 141.* quod probat. *Zœs. d. 1. de
pœn. n. 12.* qui idè ex *can. Episcopus 65. c. 11. q. 3.* tradit, quod pro-
batâ innocentiam restituendus sit per Episcopum ad pristinum ordi-
nem, cum reali & exteriori traditione ornamentorum, vestium &
rerum, quæ in unoquoque ordine dari solent, & per degradatio-
nem erepta sunt. Idem statuit *Spec. lib. 3. P. 1. d. accus. §. 2. n. 9. & 10.*
ubi disquirit, quot Episcopi interesse debeant tali restitutioni.
Verùm enim verò quicquid statuunt Canonistæ, nos non possumus

videre, quâ ratione appellatio locum habeat; *aut* enim degrada-
tus appellat post sententiam statim, antequam ipsi actu detrahun-
tur insignia Clericalia: *aut* appellat post actualem ordinum pri-
vationem, & tùm, quando jam seculari judici relictus, mortem
(vix enim contingit, ut Clericis exauguratis, & civili foro de-
ditis levius quàm ultimum certò atque citò inferatur supplicium.
Claud. Espencæus. allegatus à Dn. Ziegler. *in comm. ad Inst. Lan-
cell. §. 5. d. depos. & degrad.*) subire necesse habet. Si appellat à
sententiâ degradationis seu degradatione verbali, (conf. §. 4. b. cap.)
solennis illa ad pristinum ordinem restitutio cum reali & exteriori
traditione ornamentorum, vestium &c. non habet locum, quia
verbaliter degradatus verbo iterum potest restitui. *arg. l. nihil tam
35. ff. d. R. 7. c. 1. X. eod. Spec. d. l. n. 8. inf.* Si appellat post execu-
tionem latæ sententiæ degradationis seu post actualem degrada-
tionem, tunc appellat ab executione, quod fieri non debet. *l. ab
executione. §. C. quor. appell. non recip.* Tusch. *pract. concl. Lit. A.
concl. 402. n. 11.* quin imò appellatio non datur religioso conde-
mnato seu correcto à suo Prælato. *c. ad nostrum 3. d. appell.* quia in-
ter religiosos non est locus subtili strepitui judiciali. Tusch. *d.
concl. n. 1.* accedit, quod appellatio non detur in notorio. Tusch.
concl. 404. nec appellet confessus in jure. *c. Romana. §. si autem. d.
appell. in 6.* Tusch. *d. concl. 402. n. 9. & concl. 417.* degradatus autem
non tantùm confessus est in jure, sed & convictus, aliàs degrada-
tio esset ipso jure nulla, uti probat Canis. *comm. ad c. 4. X. d. judic.
n. 2.* imo nec innocens esse potest degradatus, quia non statim at-
que de crimine capitali convictus est degradatur Clericus, sed de-
mum, quando incorrigibilis. conf. §. 15. b. cap. Constat ergo ap-
pellationem non admitti post degradationem, & consequenter
nec restitutioni locum esse, ne quidem in casu, si Princeps seu ju-
dex secularis gratiam fecerit degradato, & is ad meliorem frugem
redierit, *propter scandalum.*

§. 21. Degradationi huic in jure Canonico *affinis* est Irre-
gularitas, quæ est nota quædam seu canonicum impedimentum
ex facto seu defectu proveniens, quo quis tam ad Ecclesiasticos
ordines promoveri, vel promotus in iisdem ministrare prohibe-

eur. § 5. *J. jur. cau. d. suspens. conf. Gudel. de jure noviss. lib. 6. cap. 16.*

§. 22. *Coneraria* quod concernit, nullum propter dicta in §. 20. *b. cap.* agnoscimus præter nullitatem, si fortè Episcopus Clericum criminis alicujus accusatum, ad judicis secularis requisitionem statim degradet; quæ degradatio nulla est, ideo, quia contra jus facta est; requirunt enim Canones non tantùm ut Clericus non nisi pro tribus criminibus, (ut falsi in literis Apostolicis, hæreseos, & gravis contumeliæ proprio Episcopo illatæ) vel potius secundùm superius tradita in casu incorrigibilitatis degradetur, sed & ut præcedat accurata causæ cognitio, & solennis sententiæ dictio, secundum formam supra §. 3. *b. cap.* traditam. adde *Canis. comm. ad cap. at si Clerici. 4. X. d. judic. n. 3. & 4.* ubi ex facto ita responsum esse ait à *Facultate Juridica Ingolstadiensi.*

§. 23. Sed satis de Canonica hæc Clericorum degradatione, ne iisdem difficultatibus involvamus, quibus involuta ipsa est. Patet autem ex dictis hæctenus, ad eam modo solenni perficiendâ tot circumstantiis requisitis, factû esse rei difficultate, ut rarissimè eò perventum sit, uti loquitur *Petr. Svavis in hist. Conc. Trident. lib. 4.* quapropter æquissimæ sunt Principum Germ. querelæ in 100 gravaminibus anno 1520. *Noribergæ Pontificis Oratori editis;* quæ extant *Germanicè* apud *Hortleder. von Ursachen etc. Lib. 1. c. 1. Latinè* ap. *Goldast. tom. 1. Const. Imp. fol. 456.* ubi grav. 31. *Quicungq;*, ajunt, *Ecclesiasticos recipit ordines majores seu minores, per hoc omnium pœnarum Magistratum secularium, utcunq;*, magna perpetret maleficia, immunis esse contendit: & post pauca. præter omnem equitatis rationem aliquatenus interdictum est *Archiepiscopis & Episcopis, ne malefactores hos publicè criminali judicio reos agere possint, nisi prius degradatos: id quod tantis sumtibus, tantâq;*, pompâ celebrari oportet, ut propterea perquam rarissimè uncti illi malefactores meritâ plectantur pœnâ. &c. Quibus tamen cùm Pontifex mederi nollet, nec Imperator auderet, tandem *Luthero* duce regna non solùm Europæ amplissima, sed & plurimi Imperii Status jugum Pontificale excusserunt, sic quidem, ut nunc in terris Protestantium Clerici non minus ac Laici jurisdictioni Magistratus Politici sint subjecti. *Carpz. Jurispr. Consist. lib. 3. d. 3. n. 7. & seqq.*

ita

ita tamen, ut non immediatè, nec per Consiliarios Politici regiminis, multò minus per judicem inferiorem, sed tantum per Consistoria judicari queant Clerici. Carpz. *d. def. n. 11. & seq.* ut sua ministerio salva maneat veneratio. Balduin. *d. cas. consc. lib. 4. cap. 7. cas. 5.* nisi causæ sint criminales, quibus pœna capitalis aut alia corporis afflictiva infligenda; tunc enim causæ cognitio ac pœnæ dictamen non minùs quàm executio ad Magistratum & judicem spectat politicum, ut constitutum *in ord. Eccl. Elector. Saxon. tit. von beiden Consistoriis zu Leipzig und Wittenberg. art. was für Straffen etc. 10. vers.* dann ob sich wohl ihr Erkennuß nicht auff Leib und Leben erstrecket/ welches den Berichten der Weltl. Obrigkeit vorbehalten. *conf. Carpz. d. lib. def. 5. n. 8.*

§. 24. Exinde tamen non sequitur, quod degradatio Clericorum in terris A. C. addictis ab usu recesserit, cum non ab exemptione Clericorum præcisè ea dependeat, & introducta jam sit tum, cum illibata adhuc fuerat politici Magistratus jurisdictio & potestas in Clericos. ut ex *nov. 123. c. 21.* sub initium *huj. cap.* probatum dedimus. Ratio etiam, ne Clerici in Clericatu ob ordinis reverentiam turpiter moriantur, ut loquitur Gail. *d. P. P. lib. 1. c. 1. n. 20.* adhuc hodie locum habeat. *add. Carpz. 7pr. Consist. lib. 3. d. 109. n. 12.* ubi idem testatur, atque in praxi ita observatum esse ante aliquot annos in Ducatu Altenburgensi, constat; quamvis negari nequeat, faciliori apud nos via incedi, nec canonicas solennitates, adeò rigorosè servari. *Carpz. Jurispr. Eccl. lib. 3. def. 117. num. 9.*

§. 25. Cum autem degradatio ab eodem fieri debeat, à quo facta ordinatio, quia, sicuti ordinatio ordinis Clericalis collatio, ita degradatio ejusdem est ablatio; atque in terris nostris Evangelicis Episcoporum loco constituentur *Superintendentes*, quorum officium versatur tum circa ea, quæ sunt ordinis, tum circa pleraq; quæ sunt L. Diocesanae. *Reink. d. reg. sec. & Eccl. lib. 3. cl. 2. c. ult. n. 10.* Carpz. *Jurispr. Eccl. lib. 1. d. 19. n. 1.* hinc ad eosdem spectare putamus degradationem: nisi ordinandi Clericos facultas tracta sit ad Consistoria, quod in plerisque regionib. factum usus docet, cum potissimum in finem, quem adjicit constitutioni suæ *Elector Saxon. Ord. Eccl. tit. von der Ordination. verb. dergestalt nicht*

nicht allein der Kirchenblener mit weltlich nachreisen verschonet
sondern auch die Kirchen selbst mit unnöthigen Unkosten nicht be-
schwehret etc. cui rationi accedit illa : quod Superintendentes
ordinandi facultate pollentes, in scio Consistorio quemcunque, cui
bene vellent, à Patrono nominatum ordinarent, vel sordib. corru-
pti indignum digno præferrent, quod factum aliquando notat.
Carpz. *sæpe alleg. Jpr. Consist. lib. 1. d. 40. n. 10.* ubi allegat rescri-
ptum Electorale. Potest tamen & tunc degradatio committi Su-
perintendenti vel Decano, eodem modo quo delegari potest or-
dinatio. conf. Carpz. *d. l. def. 51. n. 3. & seqq.*

§. 25. Hoc adhuc notandum, id quod supra §. 20. *b. cap.*
dictum, Clericos degradatos vix aliam, quàm mortis pœnam se-
qui, intelligendum tantùm esse de Clericis Pontificiis. Cum enim
apud nos orthodoxos & reformatos non expectetur incorrigibi-
litas, sed quamprimum Clerici delictum criminaliter vindican-
dum commiserint, obnoxii fiant foro Laico, secundum tradita
§. 24. hinc nonnunquam sufficit pœna fustigationis, & similis,
pro qualitate delicti. conf. Carpz. *Jurispr. Consist. lib. 3. d. 109. n.*
12. ibi : pœnâ corporis afflictiva vel ultimo supplicio sint puniendi. &
prax. crim. p. 2. q. 62. n. 22. verb: Clericos pœnâ quoq; corporali &
mortis. Atque hæc de degradatione Clericorum dicta hæc vice
sufficiant, pergimus jam ad degradationem personarum in digni-
tate politica constitutarum, quam, cum plana sit & fermè merè hi-
storica, brevibus expediemus. Sit itaque

CAPUT III.

De Degradatione personarum in dignitate politica constitutarum.

§. I.

INscripsimus hoc caput æquè ac antecedens per subjectum, sc.
personas in dignitate politica constitutas. Est autem dignitas
politica duplex *civilis & militaris. l. un. C. de honorat. vehicul. lib.*
XI. In dignitate civili constituti sunt I. *Nobiles*, quæ vox sumi-
tur tripliciter. (1.) *generalissimè & minus propriè*, ita ut compre-
hendat *Principes, Duces, Reges*, imò ipsum *Imperatorem*, quem Ulp.
vosat

vocat nobilissimum in *l. quæris. 3. ff. d. natal. restit.* hinc est distinctio Limnæi in Nobiles *titulares & non titulares*; quam vide in *nucl. Limn. lib. 3. c. 27. n. 6.* (2.) *generaliter* quatenus continet ordines quoque illustres, *c. constitutis. 46. x. d. testib. c. grandi 2. de suplend. negl. pralat. in 6. Hermes fascic. Jur. publ. c. 32. n. 14. Besold. thes. pract. voce Adel* / ubi refert Imperatorem adhuc hodie in inscriptionib. & titulis Comitum & Baronum hunc stylum retinere, ut eos vocet nobiles, *Edle.* (3.) *Specialiter*, quatenus Nobilium nomine veniunt ii, qui sunt inferiores Baronibus, sive natalibus, sive privilegio Summi Principis, aut Statuto loci, vel alio modo nobilitatem adepti sint. *Herm. d. l. Germ. hodie die von Adel/Edelnecht/ die Ritterschafft.* Olim vocati hi sunt *Ministeriales, Edelnecht.* *Alb. Granz. metropol. lib. 3. c. 11.* ad differentiam Comitum & Baronum, qui dicebantur *Edelmänner* / uti legitur in *denen Rizingischen acten. fol. 22. add. Besold. d. voce.*

§. 2. Prima classis ad nostrum caput non pertinet, quoad *summos* quidem *Principes*; cum enim degradandus semper debeat habere superiorem, talem autem Summi Principes non agnoscant, ideò degradari non possunt propter defectum Jurisdictionis, quæ nulli mortalium in ejusmodi sublimiorem permittitur. *B. Hülsem, in brev. Theol. c. 20. n. 21.* & quod nemo in Regem prætere valedat ullam potestatem, quippe quo in regale culmen evedcto omnium Magistratum potestas quiescit. *Neander. in discurs. de Souverain.* Nec movet nos exemplum Romanorum, qui Imperatores insolentes hostes judicârunt, & denudatorum cervicem inseri furcæ, corpus virgis ad mortem cædi jusserunt, teste *Sveton. in Neron. c. 49.* Illegitimum enim hoc factum est & detestandum, uti & omnia similia; prout præ aliis abunde probat *Dn. Ziegler. in Regicid. Angl.* ubi egregiè refutat seditionis plenam sententiam *Milton. in tr. quem inscribit, defensio populi Anglici adversus Salmasium.* Sed quid de Imperiis & regnis conditionatis & pactionatis sentiendum? Nos putamus distingvendum esse inter conditiones ad quarum observantiam Princeps novus sese adstringere juramento tenetur. *Aut* enim illa capitula continent conditionem expressam, quod ordinibus regni in casu contraventionis jus eligendi alium & deponendi contravenientem sit integrum:

D

gram:



grum: & tunc posse degradari Principem non dubitamus. *Inst. d. V.O.* non, quasi ordines sint superiores Principe, sed quia ita pactum est; pacta autem dant legem contractibus. *l. 23. d. R. J. & commoda ex contractu seu pacto percipere non debet, qui adversus illud veniendum sibi putavit. l. si quis major. 41. C. d. transact.* ibique Bart. Jason. & Dd. Atque hoc modo concipi solent capitulationes *Regum Sueciae*, teste Joh. Skyte. *in orat. 1. ad Reg. Angl. p. 33. Poloniae*, teste Carpz. *d. L. Reg. Germ. cap. 14. sect. 5. n. 20.* & olim *Daniae*, teste *eod. n. 21.* Aut illa capitula talem Legem Commissoriam non continent: & tunc acta contra pacta sunt quidem nulla, utpote contra jus, quod per pactum inducitur, facta; ab Imperio autem contravenientes ideo non sunt removendi, quia actus agentium non operantur ultra eorum intentionem. *l. non omnis. 19. ff. d. reb. cred.* ita ut hic locum habeat regula vulgata, *utile per inutile non vitiatur.* conf. Dieteric. *in not. ad tit. 5. A.B. verb. respondere. p. m. 44. vers. quamvis autem.* Et ita res est comparata in *Imperio nostro*: in capitulatione enim pactum de degradando Imperatore iniquo neque expressè habetur, (quod omnes concedunt,) neque tacitè. licèt hoc velit Limn. *proleg. ad Capitul. sect. 10. n. 9. & 10.* cum expressum faciat cessare tacitum. *l. cum ex filio. 39. §. 1. d. vulg. & pup. subst. l. si fundum. 81. §. 2.* ibiq; Paul. de Castr. *ff. d. leg. 1.* in capitulatione autem expressum est, quod acta Imperatoris, pactis contraria debeant esse ipso jure nulla, vid. *capit. Carol. V. art. 33. Ferd. I. art. 30. Maxim. II. art. 14. inf. Rudolphi II. art. 33. Matthiæ. & Ferd. II. art. 38. Ferd. III. art. 41. Leopoldi. I. art. 38.* Ergo tacitè comprehendi in capitulatione nequit, quod in casu contraventionis possit degradari Imperator. cum mens in animo retenta nil operetur. *l. si repetendi. 7. C. d. condit. ob caus. dat.* conf. Everh. *loc. arg. Legal. loco 27.* add. Magnif. Dn. Strauch. *in Inst. J.P. lib. 1. tit. 12. §. ult.* Si tamen casus adeo funestus & insperatus eveniret, ut Imperator nulla admonitione corrigi queat, sed injustis bellis ac persecutionibus Imperii Ordines gravare pergat, causaque sit desperata, nec saluti Reip. aliud, nisi mutatâ Imperatoris personâ remedium applicare utile & necessaria.

cessarium sit; hoc extremo demum casu *Electores Imperii* adhibito propter gravitatem negotii *Statuum Imperii* consilio, facultatem deturbandi à solio Regem concedimus cum Dieter. *ad A. B. d. l.* non quidem ex *legali & ordinariâ* sed *extraordinariâ* quâdam, solâ necessitate, quæ nulli legi subjecta, suffultâ potestate. conf. Dn. Boecl. *not. Imp. lib. 4. c. 1. p. 63.* Alias autem Personas Illustres superiorem recognoscentes, & multo magis Nobiles speciatim sic dictos degradari posse dubium non est, cum possint ultimo supplicio affici, quod degradationis actus antecedere debet. conf. *epist. publicè typis excusam, in tr. qui inscribitur jüngstherausgegebenes rechtmessiges Urtheil über den ehe dessen höchstberühmten Grafen Nadasti. etc. de dato Wien. d. 28. April. anno 1671. verb. vorhero aber ist Er von seinem Stand degradiret. etc. add. infr. §. 8.*

§. 3. In dignitate civili constituti sunt II. *Doctores*. hos degradandos esse ante irrogationem capitalis aut alius famosæ pœnæ testatur. *Clar. l. 5. sent. §. fin. q. 74. vers. scias autem. & q. 73. vers. iudex committens.* ubi provocat ad *Gamma. allegato ibi loco*, qui exhibet exempla. idque introductum in venerationem *Academiæ*, ne tam dici posset, *Doctor*, quàm à *Doctoratu ejectus* in exilium, aut metallum, aut furcam abire jubetur. *Joan. Barclaj. in vindic. pro regib. advers. R. Bellarm. c. 35. §. 3.* Sub *Doctoribus* hîc comprehendimus & *Licentiatos* per ea quæ habet *Lanf. comment. de Acad. p. 78.* *Wurms. Exerc. Jur. publ. §. th. 11.* ut & *Magistros*, quippe qui communiter sub generali *Doctorum* vocabulo continentur, quamvis aliàs verum sit, eâdem, quâ superiorum facultatum *Doctores*, prærogativâ gaudent, censendos eos haud esse. ut docet *Matth. Steph. d. nobilit. lib. 2. n. 29.* & comprobatur usus communis. Huc quoque referendi sunt *Poëta*, it. *Notarii seu tabelliones*. *Besold. thes. pr. voce Doctor.*

§. 4. In dignitate civili constituti sunt III. *Principum* aliorumque illustrium, ut & *Civitatum Consilarii*, alique *officiales majores & minores* qui etiam pertinent ad subjectum degradationis, per *l. 3. C. d. off. Magistr. official. l. 1. C. d. privil. schol. lib. XII. Clar. d. §. fin. q. 73.* ubi tradit, quod *iudex committens Baratteriam* (quod crimen committitur, cum officialis potestate & iudicio terret, nec facit justitiam, nisi pro pecunia. *l. 1. ff. d. concuss. Damhoud. prax.*



crim. c. 129. n. 1. & 2.) privetur officio. *arg. l. judices. 12. C. d. dign. Lib. XII.* & deinde poena legis repetundarum. ac ita in facto observatum fuisse Parisiis contra quendam Consiliarium regium, qui pro furtis & sceleribus per eum commissis fuit exauctoratus, degradatus, suisque insignibus spoliatus, & deinde emendam honorabilem peregit. &c. refert id. *Clar. d. l. Simile exemplum exhibet Petr. Greg. Synt. Jur. univ. lib. 35. cap. 1. n. 10. ex Appi. lib. 3. d. bell. civil. de Q. Gallo Praetore,* qui ideò, quod svadente *M. Antonio* in mortem *Octavii Caesaris* conspirasset, dignitate à Collegis spoliatus, & judicante Senatu morte damnatus est. Observari quoque idem in *Regno Chinesi* testatur autor descriptionis ejusd. regni *lib. 3. c. 11.* allegatus ab *Ahasv. Fritsch. von Landvisitationen cap. 1. n. 7.* verba huc facientia ita habent: darnach so straffer Er (scil. visitator, de quo agitur ibidem) mit ernstten Worten diejenigen/ die in ihren Aemtern seynd säumbaffrig gewesen/ und lisset ihnen ins Angesicht das Urtheil/ das gegen ihnen gefasset ist/ und entdecket in der andern Beyseyn ihre Missethaten/ mit dem Anhange/ daß Er Sie deswegen in die Straffe der Sentenz einverleibet/ verdammet habe. & post pauca. Ehe und zuvor einiger Schuldiger mit Worten oder Werken gestrafft werde / so nimmet man Ihme die Zierden des Amtes/ als einen Gürtel/ ein Pareth oder Hut mit einer kleinen Binden: Dann der Visitator kan keinen bestraffen/ so lang Er diese Zierden/ noch trägt/ bey Verlierung seines Kopffs: darnach aber so geschicht die execution, inhalt des ergangenen Urthels. etc.

§. 5. In dignitate *militari l. pen. C. d. palatin. Sacr. largit. & c. Lib. XII.* constituti sunt *milites,* iique vel *maiores* vel *minores,* quos omnes ad degradationis subjectum pertinere non dubitamus. *arg. l. 7. ff. d. re milit.* fiebat autem olim hæc degradatio per solennem cinguli privationem. *l. 2. §. 2. vers. sed etsi. ff. d. his qui not. inf.* eo ferè modo, prout describitur ex *Herodiano in vita Severi* à *Gail. d. P. P. lib. 1. c. 1. n. 29.* ubi refert, quo pacto *milites Pertinacis* à *Severo* recincti & exauctorati sint, quod *Pertinacem* turpiter & flagitiosè trucidassent; *præcepit enim,* inquit, *suis militibus, ut recingerent milites Pertinacis, & Zonis ac vestimentis exutos militibus, nudos dimitterent.* addit ibidem *Gail.* hanc exauctorandi solennitatem hodiè in desuetudinem abiisse. *Restè,* si de illa solennitate loqui-

loquitur, quæ fit per cinguli privationem; olim enim milites probati & jurati, antequam in numeros referbantur, (quid sit in numeros relatio docet Schönborn. *lib. 6. politic. c. 14. in f.*) Zonâ, appenso ense in insigne militaris ordinis cingebantur. *l. 25. l. 38. §. 1. l. 43. ff. d. test. milit.* Schönb. *d. lib. 6. c. 13.* quali Zonâ cum hodiè non amplius cingantur milites, neque etiam eâ possunt privari; ipsam tamen militum exauktionem esse sublatam inde minimè concludi posse putamus, cum hæc solennitas privationis cinguli saltem fuit partiaria, atq; præter eam usitata erat alia solennitas, ut armorum detractio, denegatio testimonii, sine *Passes* in simplici milite: in præfectis vero & ductoribus militum præter arma, signorum quoque ademptio Veget. *de re mil. lib. 3. cap. 5.* quæ adhuc hodie obtinet. Accedit, quod juxta veriore Doctorum opinionem privilegia militaria non minus nostri temporis militibus competant, quàm pristini seculi, uti eleganter probat Zœf. *ad ff. tit. d. re milit. n. 7.* add. Tusch. *præct. concl. lit. D. c. 139. n. 7.*

§. 6. Possunt autem in ejusmodi dignitate constitutæ personæ, propter eadem crimina degradari, propter quæ vel mortis, vel aliâ famosâ poenâ afficiuntur, quod, quando fieri possit, & an in criminalib. mitiùs puniendi sint ejusmodi personæ, quàm plebeji & viliores homines, exponit Carpz. *prax. crim. p. 1. q. 2. n. 3. & seqq. q. 38. n. 24. & seq. p. 2. q. 62. n. 1. & seqq. & alibi passim.*

§. 7. Hactenus dictis de subjecto hujus degradationis, si jungantur ea, quæ *supr. cap. 1. §. 5.* diximus, constabit de causa efficiente, propterea de eâ plura hîc repetere nolumus, hoc solum notato, quod licet immediata & proxima causa efficiens degradationis Illustrum & Nobilium sit Imperator, degradandi tamen actum non ipse peragit, sed per ministrum seu officialem v. g. supremum Mareschallum Provinciale, den *Ober-Land-Marschall* uti patet ex *epist. supra alleg. de degradatione Nadastr scripta*, si Comes vel Baro & quidem in regiæ seu Imperialis sedis urbe sit degradandus, aliàs mittitur Fecialis. Munster. *Cosmogr. lib. 3. c. 112.*

§. 8. Forma degradationis militis potest cognosci ex dictis *supra §. 5. b. cap.* Doctoris degradatio, item officialis ignobilis, quo modo fiat, docet remissivè Clar. *sepe alleg. præct. crim. q. 73.* & Bonif. *d. furi. p. 322. n. 50. in f. allegatus à Dietherro addit. ad tb. pr. Besold.*

voce Doctor. Formam degradationis illustrium personarum & Nobilium quod atinet, poterit ea intelligi ex exemplo quodam, quod ex Munstero refert Adam Pifetzki de Kranichfeld. Bohemus. in append. Dissertat. Juridicopolit. de statu seculari eminent. cujus verba sequuntur. Latz contra Petrum Hagenbachium, Caroli Ducis Burgundiae Praefectum, sententiâ, propter tyrannidem & adulteria, capitali, accessit Heroldus Friederici II. Imp. & dixit: Petre ab Hagenbach, condoleo tibi, quod sic perditè vixeris; & nedum equestrem ordinis tui dignitatem custodieris, verum & vitam amiseris. jubeor commissi: horum 16. strenuorum Equitum te spoliare dignitatis tuae insignibus; sed quia non invenio in te hac signa, pronuncio & publicè proclamo te indignum militiâ S. Georgii in cujus nomine & honore militiæ cingulum aliquando induisti. Posthac conversus ad cunctos milites deauratos & reliquos viros adstantes, ait, en strenui Domini, vestro jussu denudavi hunc Petrum Hagenbach omni honore & dignitate, promulgans eum ceu indignum, equestri & militari sodalicio, reum autem, ob facinora sua, publico supplicio & morte. Vos praeterea atq; omnes adstantes & pro militari dignitate notantes exhortor, ut juxta nominis vestri tenorem, strenuos & integros vos geratis, atq; hunc Hagenbach. vobis pro exemplo statuatis. Paulò aliter sese habet forma solennis degradationis Comitum Nadaffi, qui superiori anno Viennæ, tanquam perduellionis reus, ultimo supplicio afflictus est. Exhibet autem solennia hujus degradationis alleg. jam supra epist. de dato Wien von 28. April. 1671. ibi: Erstlich hette zwar (weilen der degradandus ein Graff und im Herrstand gewesen) diesem actui der Ober-Land-Marschall beywohnen/ und denselben verrichten sollen / weilen aber derselbe ein Glied des geheimden Raths/ als ist Er damit verschonet/ und an seine Stell der Unter-Land-Marschall deputirt worden/welcher/dem Nadaffi in der Landstuben das Keyserl. decret, betreffend sein Verbrechen insinuir/ ic. Hierauff hat der Land-Uffbiter eine Red gethan/ und ihn Nadaffi anfangs darinn allzeit einen Graffen und Herrn genennet/ nachmahls aber letztlich gemeldet: das ist Er gewesen; nunmehr aber nimmermehr: Sondern du Verräther ic. du bist und bleibst entsetzt deines Nahmens/ Ehr/ Würde ic. post pauca. Und nachdem auff die degradation die ematriculation aus dem Landschafft Buch (fuit enim

enim Nadasti Status Provincialis Circuli Austriaci inferioris) er-
folgt/so ist Er nachgehends vors Erste von dem Land-Marschall zur
Landstüb hinaus / zweitens von einem Landschaffbedienten die
Stiegen herab und drittens von dem Land-Uffbieter gar zum Thor
des Landhauses heraus gestossen worden &c.

§. 9. De fine & effectu nihil speciale hinc occurrit. confer-
ri possunt. *cap. 1. §. 6. & 7. & cap. 2. §. 18. & 19.* ubi tradidimus per
degradationem amitti privilegium fori. quod idem accidit in de-
gradatione Comitum, Baronum &c. In hos enim criminis capi-
talis reos Magistratus oppidanus, quamvis habeat criminalem ju-
risdictionem, animadvertere non potest ante degradationem, uti
advertere licet in *Causa Nadasti* ex sæpe *alleg. epist.* ubi post verba,
gar zum Thor des Landhauses heraus gestossen worden: sequentia
habentur. Dasselbst die Stad-Obrigkeit mit einer Burschen gehal-
ten/ und ihn in Begleitung 500. Mann nach dem Rathhaus ge-
führet. Idem est in militibus, hi enim degradatione excluduntur
privilegio fori, quod ipsis ratione militiæ, vi *l. 6. C. d. jurisd. omn.*
jud. l. 9. ff. d. custod. reor. l. 2. ff. d. re milit. aliarumque est concessum.
ita ut possint à iudice loci ordinario puniri. *Reink. d. reg. sec. & Ec-*
cles. lib. 2. cl. 2. c. 17. n. 92. Circa Doctorum degradationem monen-
dum; hoc loco eam tantum considerari, quæ fit ob grave crimen
commissum; nam cum degradatur quis propter imperitiam, juxta
tradita *Arum. ad A. B. disc. 1. th 5.* vid. *Lanf. d. Acad. p. 91. & 99.* vel
quod conditiones ad Doctorem necessarias, quas tempore appro-
bationis habuit, postea amiserit. vid. *Dietherr. in addit. ad Besold.*
thes. pr. verb. Doctor. p. 196. ille non fit infamis, sed tantummodo
privilegiis & nomine Doctoratus privatur. Sed quid dicendum
de Doctoribus, qui ideo quod imperitum approbaverint, dignita-
te sua privandi sunt. *arg. e. quando episcopus 5. dist. 24.* *Joan. Plat.*
in l. magistros. C. d. Professor. & med. neque hos infames fieri pu-
tamus; cum in poenalibus mitior semper sententia sit preferenda.
l. pen. d. poen. l. 155. in f. d. Reg. Jur.

§. 10. *Affinis* fuit huic degradationi usitata illa olim in
Imperio *canum* vel *Sella portatio ignominiosa.* de quâ *Otto Fri-*
singensis Episcopus; lib. II. de reb. gest. Fried. Barbarossa (sub quo
vixit) *cap. 28.* ita: *Vetus, ait, consuetudo pro lege apud Francos &*

Sue-



Suevos inolevit, ut si quis Nobilis (i. e. Dux, Marchio, Comes, Baro) Ministerialis (i. e. Nobilis juxta hodiernum stylum) aut colonus coram iudice pro hujusmodi excessibus (turbatione pacis, incendiis, rapinis) reus inventus fuerit, antequam mortis sententiâ puniatur, ad confusionis suæ ignominiam nobilis canem, ministerialis fellam, rusticus aratri rotam de Comitatu in proximum Comitatum gestare cogatur. Hæc Otto. Ex quibus apparet, hanc pœnam convenisse cum degradatione in eo (1.) quod antecesserit ultimum supplicium, vel præambula fuerit alius pœnæ gravioris, ut patet ex exemplo Borivoi Bohemiæ Ducis, cui post canis scabiosi (ad majorem ignominiam) portationem, barba abscinditur, & relegatio dicitur, teste Setho Calvis. in opere, Chronol. ad annum 1109. (2.) quod fuerit hæc pœna loco degradationis, uti de fellæ portatione expressè tradit Meibom. epist. de *κνωφοεια* prope fin. Differt autem à degradatione (1.) in eo, quod aliquando fuerit terminus pœnæ, ut patet ex exemplo Hermanni Comitis Palatini ad Rhenum, qui propter publicæ pacis turbationem, nulla alia pœna, quàm canis portatione affectus est. Gutberl. in Chronol. p. m. 401. conf. Meibom. d. epist. lit. B. (2.) fine. degradationis finis est, ne quis morte ignominiosa mori cogatur in dignitate. conf. cap. 1. §. 7. *κνωφοειας* finis, ut ante mortem vel aliam pœnam majori ignominia afficiatur reus. conf. d. epist. Eodem ferè modo comparatum erat olim apud Persas cum illa pœna, quâ stationis suæ desertor meretricem nudam gestare cogebatur. conf. Gutberlet, alleg. loco.

§. II. Contraria est degradationi restitutio, si fortè per injuriam quis degradatus sit. Exemplum absolutoriæ ejusmodi, in casu degradationis Consularis dignitatis, refert Besold. thes. pract. voce *Entsetzung der Ehren*; ubi insimul dicit, degradatum injustè posse degradantem injuriarum convenire. Sed hæc de degradatione nostra vera simpliciter non sunt, cum degradetur quis demum post sententiam condemnatoriam; uti patet ex relatis duobus exemplis §. 8. & exemplo è Rep. Chinensi allata §. 4. h. cap. ac proinde injuria, si aliqua intercedit, non infertur per degradationem, sed per sententiam, à qua appellandum est, si læ-

Et se habet ut conditio potestativa, quæ semper adimpleri potest, cui nunquam præscribitur. l. 7. §. 4. C. d. præscr. 30. ann. add. Zæf. d. usucap. n. 41.

Uxor inops alicujus Nobilis non potest tertiam vel quartam ex provisione auth. præterea C. unde vir & ux. ex bonis Viri feudalibus accipere per clarum text. 2. F. 8. §. quamvis. 2.

Domino directo in castro feudali competit jus apertura ipso jure, reservatione nullâ habitâ in investiturâ. per text. 2. F. 6. & 26. §. licet.

Mulieres in feudo franco ad successionem non admittuntur; quia hoc feudum, præter concessionem immunitatis à servitiis, à natura proprii feudi non deflectit. In hoc autem mulieres non admittuntur. 1. F. 1. §. 3. ibique Gothofr. lit. L. 2. F. 11. & 50.

Rex Bohemia, quamvis non vocetur ad Comitatus Status tamen Imperii est, quia sufficit, ut quis civis sit, suffragii saltem in certo consultationum genere esse participem. Dn. Strauch. Diss. Exoter. Jur. P. 2. §. 12. quod Bohemo competit in electione Imperatoris vel Regis Romanorum, per A. B. tit. 4. §. 3. & tit. 7. §. 1.

Crimen in viâ publicâ commissum non vindicatur ab eo, qui juxta illam habet merum Imperium, sed ab eo qui habet regalia, quia cura & protectio viâ publicæ pertinet ad
re-

1245
581
regalia. l. ad instructiones. 7. C. d. SS. Eccl. 2. F. 56. Ergo Et
cognitio, si quid contra securitatem viarum
commissum sit. arg. l. 2. ff. d. Jurisdic.

Fungitur ille suo mandato mune-
re, ritè

Qui sedet ad clavum, iudicium-
que facit;

At cui persuasit funesta pecunia
justum,

Vendere iudicium non benè
munus obit.

Ex Themidos libris Tua DISSER-
TATIO, præstans
Ingenii specimen, pluribus
hocce probat.

*Eruditione ac moribus conspicuo
DN. Respondenti, Amico suo
dilectissimo Lmq. hac curren-
te crenâ adposuit*

Præses.

Pour-

Pourceque Vous maintenant par
arguments subtils
Le droict & l'equité. pour estre
Degradé,
De Lauriers verdoyans Minerve
couronera
Vôtre Chef doct', eloquent. Aussi
Vous donnera
La force, le courage par vostre
doux Langage
De parler, discourir d' un excel-
lent ouurage,
Pour suiuez donc de faire en tout
tems fruits louables
Ainsi Vous obtiendres le rang des
honorables.

Monsieur

*ceci n' est d' autre fin que pour Vous témoigner
la bonne Affection, que je Vous porte*

Christofle Adam de Pühel.



Handwritten in blue ink: 44

Handwritten in blue ink: 055


Handwritten in blue ink: 99 A 6958


ULB Halle 3
002 928 515


Handwritten in blue ink: VDA

Handwritten in blue ink: Retrad







D. XXVI. 12

Q. D. B. V.
DE

DEGRADATIONE,

*delinquentibus ante
supplicium*

SUB PRÆSIDIO
VIRI MAGNIFICI,
DN. ERNESTI FRIEDERICI
Schroter/

Hereditarii in Wickerstädt Jcti & Antecessoris IN ILLUSTRIS HAC SALANA celebratissimi, Consilarii Saxonici splendidissimi, Curia Provincialis, Facultatis Juridicæ & Scabinatus Assessoris gravissimi,

Domini, Patroni atque Doctoris
sui suspiciendi,

Ad diem Febr. c. 1. 1772.

In Auditorio Jctorum
publicè disputabit

JOHANNES ALEXANDER Schrist
Wunsid. Var.
A U T O R.

JENAE, TTPIS WERTHERIANIS.

